

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluptas a
cum fonte primo

Minus uoluptatibus stimulator qui non est ubi frequentia est uoluptatum. Et minus auaricie molestias patitur qui diuicias non uidet.

Augustinus de singularitate clericorum.

minus uoluptatibus stimulator, qui non est, ubi frequentia est uoluptatum. et minus auariciae molestias patitur qui diuitias non uidet,

si admittimus apostolum pollicentem: qui uolunt, inquit, diuites fieri, incidunt in temptationem et muscipulas et desideria multa et inutilia et noxia, quae mergunt hominem in perditionem et in interitum (I Tim. 6:9).

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De singularitate clericorum*, 4 (CSEL 3.3, W. Hartel ed., p.177, ll.2-7).